

**PŘÍLOHA Č. 2 STATUTU
LÉKAŘSKÉ FAKULTY V HRADCI KRÁLOVÉ**

**IMATRIKULAČNÍ A PROMOČNÍ SLIBY
LÉKAŘSKÉ FAKULTY V HRADCI KRÁLOVÉ**

Imatrikulační slib

Slibuji, že budu řádně vykonávat práva a plnit povinnosti člena akademické obce Univerzity Karlovy. Slibuji, že uchovám v úctě slavnou humanistickou a demokratickou tradici Univerzity Karlovy, budu dbát jejího dobrého jména a budu studovat tak, aby má činnost přinášela všestranný užitek.

Matriculation pledge:

I solemnly affirm that I shall fulfill all my duties as a student of the Charles University, that I shall honour its humanistic and democratic traditions, that I shall respect the decisions of the Academic Senate, the academic officials. I further promise to promote the material and ethical wellbeing of man in all my study activities.

Slib bakalářský

(PROMOTOR:)

SCHOLARES CLARISSIMI. EXAMINIBUS, QUAE AD EORUM, QUI BACCALARII NOMEN AC HONORES CONSEQUI STUDENT, DOCTRINAM EXPLORANDAM LEGE CONSTITUTA SUNT, CUM LAUDE SUPERATIS, NOS ADIISTIS DESIDERANTES, UT VOS EO HONORE IN HOC SOLEMNI CONSESSU ORNAREMUS.
PRIUS AUTEM FIDES EST DANDA VOS TALES SEMPER FUTUROS, QUALES VOS ESSE IUBEBIT UNIVERSITAS, CUIUS MEMBRIS HAC DIGNITATE ADEPTA ADNUMERANDI ESTIS, ET NOS VOS FORE SPERAMUS.

SPONDEBITIS IGITUR:

(všichni povstanou)

PRIMUM, VOS HUIUS UNIVERSITATIS, IN QUA BACCALARII GRADUM ASCENDERITIS, PIAM PERPETUO MEMORIAM HABITUROS EIUSQUE RES AC RATIONES,
QUOAD POTERITIS, ADIUTUROS;
DEIN, HONOREM EUM, QUEM IN VOS COLLATURUS SUM, INTEGRUM INCOLUMEMQUE SERVATUROS;
POSTREMO, PRUDENTIAM ERUDITIONEMQUE VESTRAM, A FACULTATE PRAECEPTAM, FACULTATIS UNIVERSITATISQUE IUSSA SEQUENTES HUMANI GENERIS USUI
TANTUM ATQUE HOMINUM BONO ADHIBITUROS.
HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI?

(Absolventi jednotlivě přísahají na žezlo:) SPONDEO AC POLLICEOR!

(PROMOTOR:)

ITAQUE IAM NIHIL IMPEDIT, QUOMINUS HONORES, QUOS OBTINERE CUPITIS, VOBIS IMPERTIAMUS.
ERGO EGO PROMOTOR RITE CONSTITUTUS VOS EX DECRETO ORDINIS MEI BACCALARIOS CREO, CREATOS RENUNTIO OMNIAQUE BACCALARII IURA AC PRIVILEGIA IN VOS CONFERO.
IN CUIUS REI FIDEM HAEC DIPLOMATA UNIVERSITATIS CAROLINAE SIGILLO FIRMATA VOBIS IN MANUS TRADO.

Slib magisterský (všeobecné lékařství)

(PROMOTOR:)

DOCTORANDI CLARISSIMI. EXAMINIBUS, QUAE AD EORUM, QUI IN ARTE
MEDICA DOCTORIS NOMEN AC HONORES CONSEQUI STUDENT, DOCTRINAM
ET FACULTATEM EXPLORANDAM LEGE CONSTITUTA SUNT, CUM LAUDE
SUPERATIS, NOS ADIISTIS DESIDERANTES, UT VOS EO HONORE IN HOC
SOLEMNI CONSESSU ORNAREMUS.

PRIUS AUTEM FIDES EST DANDA, VOS TALES SEMPER FUTUROS, QUALES VOS
ESSE IUBEBIT DIGNITAS, QUAM OBTINUERITIS, ET NOS VOS FORE SPERAMUS.

SPONDEBITIS IGITUR:

(všichni povstanou)

PRIMUM, VOS HUIUS UNIVERSITATIS, IN QUA SUMMUM IN ARTE MEDICA
GRADUM ASCENDERITIS, PIAM PERPETUO MEMORIAM HABITUROS, EIUSQUE
RES AC RATIONES, QUOAD POTERITIS, ADIUTUROS;

DEIN, HONOREM EUM, QUEM IN VOS COLLATURUS SUM, INTEGRUM
INCOLUMEMQUE SERVATUROS;

POSTREMO, DOCTRINAM, QUA VOS NUNC POLLETIS, CUM INDUSTRIA VESTRA
CULTUROS ET CUM OMNIBUS INCREMENTIS, QUAE PROGREDIENTE TEMPORE
HAEC ARS CEPERIT, AUCTUROS ET IN PROSPERITATEM HOMINUM STUDIOSE
CONVERSUROS, DENIQUE CUNCTIS OFFICIIS, QUAE PROBUM MEDICUM
SPONSIONI HIPPOCRATICAE OBTEMPERANTEM DECENT, EA QUAE PAR EST
HUMANITATE ERGA QUEMCUNQUE FUNCTUROS ESSE;

HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI?

(Doktorandi jednotlivě přísahají na žezlo:) SPONDEO AC POLLICEOR! (PROMOTOR:)
ITAQUE IAM NIHIL IMPEDIT, QUOMINUS HONORES QUOS OBTINERE CUPITIS,
VOBIS IMPERTIAMUS.

ERGO EGO PROMOTOR RITE CONSTITUTUS VOS EX DECRETO ORDINIS MEI
MEDICINAE UNIVERSAE DOCTORES CREO, CREATOS RENUNTIO OMNIAQUE
MEDICINAE UNIVERSAEDOCTORIS IURA AC PRIVILEGIA POTESTATEMQUE
UNIVERSAM ARTEM MEDICAM EXERCENDI IN VOS CONFERO.

IN CUIUS REI FIDEM HAEC DIPLOMATA UNIVERSITATIS CAROLINAE SIGILLO
FIRMATA VOBIS IN MANUS TRADO.

Slib magisterský (zubní lékařství)

DOCTORANDI CLARISSIMI. EXAMINIBUS, QUAE AD EORUM, QUI IN ARTE
MEDICA DOCTORIS NOMEN AC HONORES CONSEQUI STUDENT, DOCTRINAM
ET FACULTATEM EXPLORANDAM LEGE CONSTITUTA SUNT, CUM LAUDE
SUPERATIS, NOS ADIISTIS DESIDERANTES, UT VOS EO HONORE IN HOC
SOLEMNI CONSESSU ORNAREMUS.

PRIUS AUTEM FIDES EST DANDA, VOS TALES SEMPER FUTUROS, QUALES VOS
ESSE IUBEBIT DIGNITAS, QUAM OBTINUERITIS, ET NOS VOS FORE SPERAMUS.

SPONDEBITIS IGITUR:

(všichni povstanou)

PRIMUM, VOS HUIUS UNIVERSITATIS, IN QUA SUMMUM IN ARTE MEDICA
GRADUM ASCENDERITIS, PIAM PERPETUO MEMORIAM HABITUROS, EIUSQUE
RES AC RATIONES, QUOAD POTERITIS, ADIUTUROS;

DEIN, HONOREM EUM, QUEM IN VOS COLLATURUS SUM, INTEGRUM
INCOLUMEMQUE SERVATUROS;

POSTREMO, DOCTRINAM, QUA VOS NUNC POLLETIS, CUM INDUSTRIA VESTRA
CULTUROS ET CUM OMNIBUS INCREMENTIS, QUAE PROGREDIENTE TEMPORE
HAEC ARS CEPERIT, AUCTUROS ET IN PROSPERITATEM HOMINUM STUDIOSE
CONVERSUROS, DENIQUE CUNCTIS OFFICIIS, QUAE PROBUM MEDICUM
SPONSIONI HIPPOCRATICAE OBTEMPERANTEM DECENT, EA QUAE PAR EST
HUMANITATE ERGA QUEMCUNQUE FUNCTUROS ESSE;

HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI?

(Doktorandi jednotlivě přísahají na žezlo:) SPONDEO AC POLLICEOR! (PROMOTOR:)
ITAQUE IAM NIHIL IMPEDIT, QUOMINUS HONORES QUOS OBTINERE CUPITIS,
VOBIS IMPERTIAMUS.

ERGO EGO PROMOTOR RITE CONSTITUTUS VOS EX DECRETO ORDINIS MEI
MEDICINAE DENTIUM DOCTORES CREO, CREATOS RENUNTIO OMNIAQUE
MEDICINAE DENTIUM DOCTORIS IURA AC PRIVILEGIA POTESTATEMQUE
UNIVERSAM ARTEM MEDICAM EXERCENDI IN VOS CONFERO.
IN CUIUS REI FIDEM HAEC DIPLOMATA UNIVERSITATIS CAROLINAE SIGILLO
FIRMATA VOBIS IN MANUS TRADO.

Slib magisterský (všeobecné a zubní lékařství)

DOCTORANDI CLARISSIMI. EXAMINIBUS, QUAE AD EORUM, QUI IN ARTE
MEDICA DOCTORIS NOMEN AC HONORES CONSEQUI STUDENT, DOCTRINAM
ET FACULTATEM EXPLORANDAM LEGE CONSTITUTA SUNT, CUM LAUDE
SUPERATIS, NOS ADIISTIS DESIDERANTES, UT VOS EO HONORE IN HOC
SOLEMNI CONSESSU ORNAREMUS.

PRIUS AUTEM FIDES EST DANDA, VOS TALES SEMPER FUTUROS, QUALES VOS
ESSE IUBEBIT DIGNITAS, QUAM OBTINUERITIS, ET NOS VOS FORE SPERAMUS.

SPONDEBITIS IGITUR:

(všichni povstanou)

PRIMUM, VOS HUIUS UNIVERSITATIS, IN QUA SUMMUM IN ARTE MEDICA
GRADUM ASCENDERITIS, PIAM PERPETUO MEMORIAM HABITUROS, EIUSQUE
RES AC RATIONES, QUOAD POTERITIS, ADIUTUROS;

DEIN, HONOREM EUM, QUEM IN VOS COLLATURUS SUM, INTEGRUM
INCOLUMEMQUE SERVATUROS;

POSTREMO, DOCTRINAM, QUA VOS NUNC POLLETIS, CUM INDUSTRIA VESTRA
CULTUROS ET CUM OMNIBUS INCREMENTIS, QUAE PROGREDIENTE TEMPORE
HAEC ARS CEPERIT, AUCTUROS ET IN PROSPERITATEM HOMINUM STUDIOSE
CONVERSUROS, DENIQUE CUNCTIS OFFICIIS, QUAE PROBUM MEDICUM
SPONSIONI HIPPOCRATICAE OBTEMPERANTEM DECENT, EA QUAE PAR EST
HUMANITATE ERGA QUEMCUNQUE FUNCTUROS ESSE;

HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI?

(Doktorandi jednotlivě přísahají na žezlo:) SPONDEO AC POLLICEOR! (PROMOTOR:)
ITAQUE IAM NIHIL IMPEDIT, QUOMINUS HONORES QUOS OBTINERE CUPITIS,
VOBIS IMPERTIAMUS.

ERGO EGO PROMOTOR RITE CONSTITUTUS VOS EX DECRETO ORDINIS MEI
ALIOS MEDICINAE
UNIVERSAE, ALIOS AUTEM MEDICINAE DENTIUM DOCTORES CREO, CREATOS
RENUNTIO,
OMNIA MEDICINAE UNIVERSAE VEL DENTIUM DOCTORIS IURA AC PRIVILEGIA
IN VOS CONFERO
POTESTATEMQUE VOBIS ARTEM MEDICAM EXERCENDI PRAEBEO. IN CUIUS
REI FIDEM HAEC
DIPLOMATA UNIVERSITATIS CAROLINAE SIGILLO FIRMATA VOBIS IN MANUS
TRADO.

Slib doktorský

(PROMOTOR:)

EXAMINIBUS, DOCTORANDI CLARISSIMI, QUAE AD EORUM, QUI DOCTORIS NOMEN ET HONORES CONSEQUI STUDENT, DOCTRINAM EXPLORANDAM LEGE CONSTITUTA SUNT, CUM LAUDE SUPERATIS, NOS ADIISTIS DESIDERANTES, UT VOS EO HONORE IN HOC SOLEMNI CONSESSU ORNAREMUS.

PRIUS AUTEM FIDES EST DANDA, VOS TALES SEMPER FUTUROS, QUALES VOS ESSE IUBEBIT DIGNITAS, QUAM OPTINUERITIS, ET NOS VOS FORE SPERAMUS.

SPONDEBITIS IGITUR:

PRIMUM VOS HUIUS UNIVERSITATIS, IN QUA DOCTORIS GRADUM ASCENDERITIS, PIAM PERPETUO MEMORIAM HABITUROS, EIUSQUE RES AC RATIONES, QUOAD POTERITIS, ADIUTUROS:

DEIN HONOREM EUM, QUEM IN VOS COLLATURUS SUM, INTEGRUM INCOLUMEMQUE SERVATUROS:

POSTREMO STUDIA MEDICINAE UNIVERSAE IMPIGRO LABORE CULTUROS ET PROVECTUROS ATQUE IN PROSPERITATEM HOMINUM STUDIOSE CONVERSUROS, NON AD VANAM CAPTANDAM GLORIAM, SED UT VERITAS PROPAGETUR ET LUX EIUS, QUA SALUS HUMANI GENERIS CONTINETUR, CLARIUS EFFULGEAT:

HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI ?

DOCTORANDI:

SPONDEO AC POLLICEOR.

(PROMOTOR:)

ITAQUE IAM NIHIL IMPEDIT, QUOMINUS HONORES, QUOS OBTINERE CUPITIS, VOBIS IMPERTIAMUS.

ERGO EGO PROMOTOR RITE CONSTITUTUS VOS EX DECRETO ORDINIS MEI DOCTORES CREO, CREATOS RENUNTIO OMNIAQUE DOCTORIS IURA AC PRIVILEGIA IN VOS CONFERO. IN CUIUS REI FIDEM HAEC DIPLOMATA UNIVERSITATIS CAROLINAE SIGILLO FIRMATA VOBIS IN MANUS TRADO.